

cum reliquis gummi partibus in unam massam cocat.

GUMMI quodvis facile liquescens, quale est galbanum, etiam purificari potest immittendo in vesicam bubulam, tenendoque in aqua bulliente, donec adeo molle fiat, ut per pannum cannabinum a fordibus prelo exprimatur.

MILLEPEDARUM PRÆPARATIO.

MILLEPÆ panno cannabino rariori inclusæ suspendantur in vase clauso super spiritum vinosum calefactum, ut a vapore necatæ friabiles reddantur.

C O N S E R V Æ.

CONSERVÆ

FOLLIORUM Cochleariæ hortensis,

Lujulæ,

Menthæ vulgaris,

Rutæ;

SUMMITATUM Absinthii maritimi;

FLORUM Lavendulæ,

Malvæ,

Rorismarini,

Rosarum rubrarum immaturarum;

FLAVEDINIS Corticum aurantium Hispanensium.

FOLIA ex pediculis, floresque ex calycibus decerpe, flavedinem corticum aurantium radula abraide; tum singula pistillo ligneo contunde in mortario marmoreo, primum per se, dein-

deinde cum sacchari purissimi triplo pondere,
donec optime misceantur.

CONSERVA FRUCTUS CYNOSBATI.

℞. Pulpæ fructus cynosbati maturi ꝑ. libram
unam, Sacchari purissimi ꝑ. uncias viginti.

MISCEANTUR, ut fiat conserva.

CONSERVA PRUNORUM
SILVESTRIMUM.

PRUNA in aquam immissa super ignem im-
pone, ut mollescant, cautione adhibita, ne
rumpantur; dein, exemptis ex aqua prunis,
pulpam exprime, & triplo pondere sacchari pu-
rissimi misce.

CONDITA.

RADIX ERYNGII CONDITA.

RADICES coque, donec cortex facile au-
ferri possit; tum, eo ablato, per medium scin-
dantur radices, & medulla exempta, ter qua-
terve aqua frigida abluantur: deinde in singu-
lās radicum libras accipe sacchari purissimi li-
bras duas; quod aqua liquatum igni impone,
& cum primum bullire incipit, injice radices,
& coque, donec tenerescant.

EODEM modo condiuntur Angelicæ caules.

CORTEX AURANTIORUM CONDITUS.

CORTICES aurantium Hispalensium re-
centes in aqua sæpius mutata macera, ut amari-
tudinem dimittant; tum coque cum saccharo

B 5

puris-